


DE EXPERIMENTO QVODAM
VNIVERSALI METEORORVM OR-
TVM DIGITO QVASI DEMON-
STRANTE.

*Præludium quoddam breue, in quo Machinae huius spiritalis ratio per ali-
am machinam, sepius à nobis antea relatam & demon-
stratam, clare explicatur.*

IN tractatu primo Libri 1. Macrocosmicæ nostræ historiae, quandam de experimento quodam spiritali figuram delineari curauimus, mediante qua integrum Rari & Den- si mysterium, & consequenter Macrocosmi in tenebris & iuce efformandi rationem ad amissim per totum eiusdem tractatum describere sedulo & serio sumus aggressi, & tametsi quam plurima alia ad rationes nostras statuminandas experimenta atque demonstrationes vbique fere in eo discursu assignauimus, tamen nihilominus principalem nostram intentionem ex ea ipsa, quam in fine cap. 6. lib. 1. Tract. 1. illius historiae depinximus, eliciendam duximus, quare melioris recordationis causa illud hoc in loco iterum expressimus.



In qua demonstratione experientia docti asseueramus, quod olla F. G. aqua repleta, extremam curuatæ tubæ portionem F. recipiens, & pila, seu globus (fiatis ex plumbo, vitro, seu terra minime porosa) alteram tubæ extremitatem B. D. tam stricto more deglutiens, vt nullus aer exterior possit penetrare, mirum in modum exprimunt per aquam in tuba ex olla F. G. exaltatam. Dens atque

Nn 2

Rari